Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

exercitus magnus valde et fortis et appinquabit
iudas et exercitus eius ad prelium. Et fortitudo. R.
Impetum inimicorum ne timueritis memores
estote quomodo salvi facti sunt patres nostri. Et nunc cla
memus in celum et miserebitur nostri deus noster. V.
Mementote mirabilium eius que fecit pha
raoni et exercitui eius in mari rubro. Et. R.
In ymnis et confessionibus benedicebant dominum qui
magna fecit in israel. Et victoriam dedit illis
dominus omnipotens. V. Ornaverunt faciem templi coro
nis aureis et dedicaverunt altare domino. Et ve. R.
Congregati sunt gentes in multitudine ut dimicent
contra nos et ignoramus quid agere debeamus.
Domine deus ad te sunt oculi nostri ne pereamus. V. Ape
ri domine oculos tuos et vide afflictionem nostram. Do.
Ornaverunt faciem templi coronis au R.
reis et dedicaverunt altare domino. Et facta est leticia
magna in populo. V. In ymnis et confessionibus
benedicebant dominum. Et facta est le. R.